



PROPRIMUM DE TEMPORE.

SABBATO
Ante Dominicam primam
Adventus.
Ad Vesperas, Capitulum.

Rom. 13. 2

Fratres, Hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim proprius est nostra salus, quam cum credidimus.

R. Deo gratias.
Sic semper respondetur in fine omnium Capitulorum.

Hymnus.

Creátor alme siderum,
Ætérna lux credéntium,
Jesu Redémptor ómnium,
Inténde votis súpplicum.
Qui dæmonis te fraudibus
Períret orbis, impetu
Amóris actus, lánguidi
Mundi medéla factus es.
Commúne qui mundi nefas
Ut expiáres, ad Crucem
E Virginis sacrário
Intácta prodís víctima.
Cujus potéstas glóriæ,
Noménque cum primùm sonat:
Et Cœlites, & inferi
Treménte curvántur genu.
Te deprecámur últimæ
Magnum diéi Judicem:
Armís supérnæ grátæ
Defénde nos ab hóstibus.
Virtus, honor, laus, glória
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In sæculórum sæcula.
Amen.

V. Rorate cœli désuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiátur terra, & germinet Salvatórem,

Ad Magnificat, Antiphona.

Ecce nomen Dómini venit de longinquo, & claritas ejus replet orbem terrarum.

Oratio.

Excita, quæsumus Dómine, potentiam tuam, & veni; ut ab imminéntibus peccatórum nostrórum periculis, te mereámur protegénte éripi, te liberánte salvári: Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per Omnia sæcula sæculórum.
R. Amen.

Commemorationes seu Suffragia Sanctorum non fiunt per totum Adventum, etiam in Officio de Sanctis, nec de Cruce in feriali Officio.

In Adventu non fit de Festo, nisi fuerit Duplex, vel Semiduplex: quod si occurrat in Dominica, transtertur in primam diem simili Festo non impeditur, secundum Rubricam de Translatione Festorum. De Simplicibus verò fit tantum Commemoratio.

DOMINICA PRIMA
Adventus.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Regem venturum Dóminum, * Venite, adoremus. Et dicitur etiam in Feriis usque ad Dominicam tertiam Adventus.

Psalms. Venite, exultemus. 1.
Hymnus.

Verbum supérnum pródiens
E Patris ætérni sinu,
Qui natus orbi súbvenis,
Labénte cursu témporis;
Illúmina nunc pectora,
Tuóque amore cóncrema;
Ut cor cadúca désereas
Cœli volúptas impleat.

Ut

Ut, cum tribunal iudicis
 Damnabit igni noxios,
 Et vox amica debium
 Vocabit ad celum pios;
 Non esca flammarum nigros
 Volvamar inter turbinos,
 Vultu Dei sed compotes
 Caeli fruamur gaudis.
 Patri, simique filio,
 Tibique sancte Spiritus,
 Sic ut fuit, sit iugiter
 Saeculum per omne gloria. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona.
 Veniet ecce Rex. Psalmus. Beatus
 vir, cum reliquis, ut in Psalterio. 2.

Post y. in quolibet Nocturno ad-
 dicitur Pater noster. Secretò usque ad
 y. Et nos indicas in tentationem.
 R. Sed libera nos a malo.

Absolutio.

Exaudi Domine Jesu Christe
 preces servorum tuorum, &
 miserere nobis, qui cum Patre &
 Spiritu sancto vivis & regnas in sae-
 cula saeculorum. R. Amen.

y. Jube domne benedicere. **Bene-
 dictio.** Benedictione perpetua bene-
 dicat nos Pater aeternus. R. Amen.
 Incipit liber Isaia Propheta.

Lectio j.

Visio Isaiae filii Amos, quam vi-
 dit super Judam & Jerusalem
 in diebus Oziae, Joathan, Achaz,
 & Ezechiae regum Juda. Audite cœ-
 li, & auribus percipe terra, quoniam
 Dominus locutus est. Filios
 enutriti, & exaltati: ipsi autem
 spreverunt me. Cognovit bos posses-
 sorem suum, & asinus praesepem Do-
 mini sui: Israel autem me non cog-
 novit, & populus meus non intellexit.
 Tu autem Domine miserere nobis.
 R. Deo gratias.

**Sic semper terminantur Lectio-
 nes, nisi aliter signetur.**
 R. Aspiciens a longe, ecce video
 Dei potentiam venientem, & nebu-
 lam totam terram regentem. ♦ Te

obviam ei, & dicite: ♦ Nuntia
 nobis, si tu es ipse. ♦ Qui regna-
 turus es in populo Israel. **y.** Qui-
 que terrigena, & filii hominum, si-
 mul in unum dives & pauper. Itē
 obviam ei, & dicite. **y.** Qui regis
 Israel, intende, qui dedecis velut
 ovem Joseph. Nuntia nobis, si tu
 es ipse. **y.** Tollite portas principes
 vestras, & elevamini portae aeter-
 nales, & introibit rex gloriae. Qui
 regnaturus es in populo Israel.
y. Gloria Patri, & Filio, & Spiri-
 tui sancto. **Deinde repetitur Resp.**
 Aspiciens a longē. usque ad **y.** Qui-
 que terrigena.

Hoc R. non dicitur per Hebdomadam,
 sed ejus loco dicitur R. pri-
 mum sequentis Feriae secundae. **Bene-
 dictio.** Unigenitus Dei Filius nos
 benedicere & adjuvare dignetur.
 R. Amen.

Lectio ij.

Vae genti peccatrici, populo
 gravi iniquitate, semini ne-
 quam, filiis sceleratis: dereliquerunt
 Dominum, blasphemaverunt sanc-
 tum Israel, & abalienati sunt retror-
 sum. Super quo percutiam vos ul-
 tra, addentes praevagationem? omne
 caput languidum, & omne cor
 mœrens. A planta pedis usque ad
 verticem non est in eo sanitas: vul-
 nus, & livor, & plaga tumens,
 non est circumligata, nec curata
 medicamine, neque fota oleo.

R. Aspiciebam in visu noctis, &
 ecce in nubibus caeli Filius hominis
 veniebat: & datum est ei regnum,
 & honor: ♦ Et omnis populus, tri-
 bus, & linguae servient ei. **y.** Po-
 testas ejus, potestas aeterna, quae non
 auferetur: & regnum ejus, quod non
 corrumpetur. Et omnis. **y.** Jube
 domne benedicere. **Benedictio.** Spi-
 ritus sancti gratia illuminet sensus
 & corda nostra. R. Amen.

Lec-

Lectio ij.

Terra vestra deserta, civitates
 vestrae succensae igni: regio-
 nem vestram coram vobis alieni deso-
 vorant, & desolabitur sicut in vasti-
 tate hostili. Et derelinquetur filia
 Sion ut umbraculum in vinea, & si-
 cut tugurium in cucumerario, &
 sicut civitas, quae vastatur. Nisi Do-
 minus exercitum reliquisset nobis
 semen, quasi Sodoma fuissēmus, &
 quasi Gomorrhā similes essemus.

R. Missus est Gabriel Angelus ad
 Marlam virginem desponsatam Jose-
 seph, nuntians ei verbum: & expa-
 vescit virgo de lumine. Ne timeas
 Maria, invenisti gratiam apud Do-
 minum: ♦ Ecce concipies, & pa-
 ries, & vocabitur Altissimi Filius.
y. Dabit ei Dominus Deus sedem
 David patris ejus, & regnabit in do-
 mo Jacob in aeternum. Ecce conci-
 pies. Gloria Patri. Ecce concipies.

**Sic semper dicitur Gloria Patri,
 in fine ultimi Responsorii cujuslibet
 Nocturni, nisi aliter notetur.**

In secundo Nocturno, Antiphona.
 Gaude & letare. Psalmus. Conserva,
 cum reliquis, ut in Psalterio. 8.

Absolutio.

Iustus pietas & misericordia nos
 adjuvet, qui cum Patre & Spi-
 ritu sancto vivit & regnat in saecula
 saeculorum. R. Amen.

y. Jube domne benedicere. **Bene-
 dictio.** Deus pater omnipotens sit no-
 bis propitius & clemens. R. Amen.
 Sermo Sancti Leonis Papae.

Serm. 8. de jejuniis. x. mensis & elevatos.

Lectio iv.

Cum de adventu regni Dei, &
 de mundi fine ac temporum,
 discipulos suos Salvator instrueret,
 totamque Ecclesiam suam in Aposto-
 latis erudit: Cavete, inquit, ne
 forte graventur corda vestra in cra-
 pula, & ebrietate, & cogitationi-
 bus saecularibus. Quod utique pra-

ceptum, dilectissimi, ad nos speci-
 alius pertinere cognoscimus, qui-
 bus denuntiatus dies, etiam si est
 occultus, non dubitatur esse vicinus.

R. Ave Maria, gratia plena: Do-
 minus tecum: ♦ Spiritus sanctus
 superveniet in te, & virtus Altissi-
 mi obumbrabit tibi: quod enim ex
 te nascetur sanctum, vocabitur Fili-
 us Dei. **y.** Quomodo fiet istud
 quoniam virum non cognosco? Et
 respondens Angelus, dixit ei. Spi-
 ritus sanctus. **y.** Jube domne bene-
 dicere. **Benedictio.** Christus perpe-
 tuus det nobis gaudia vitae.
 R. Amen.

Lectio v.

Ad cujus adventum omnem ho-
 minem convenit preparari:
 ne quem aut ventri deditum, aut
 curis saecularibus inveniat implicatum.
 Quotidianum enim, dilectissimi,
 experimento probatur, potius satietate
 aciem mentis obtundi, & ciborum
 nimietate vigorem cordis hebetari:
 ita ut desectio edendi, etiam corporum
 contraria sit salutis, nisi ratio temperantiae
 obsistat illecebrae, & quod futurum est
 oneri, subtrahat voluptati.

R. Salvatorem expectamus Dominum
 Jesum Christum: ♦ Qui reformabit
 corpus humilitatis nostrae, configuratum
 corpori claritatis suae. **y.** Sobrie, &
 juste, & pie vivamus in hoc saeculo,
 expectantes beatam spem, & adventum
 gloriae magni Dei. Qui reformabit. **y.**
 Jube domne benedicere. **Benedictio.**
 Ignem sui amoris accendat Deus in
 cordibus nostris. R. Amen.

Lectio vj.

Quamvis enim sine anima nihil
 caro desideret, & inde accipi-
 at sensus, undē sumit & motus:
 ejusdem tamen est anima, quae-
 dam sibi subditae negare substantiae,
 & interiori iudicio ab inconvenien-
 ti-

tibus exteriora frenare; ut à corpore cupiditatibus sapiens libera, in aula mentis possit divinæ vacare sapientiæ: ubi omni strépitu terrenarum silente curarum, in meditationibus sanctis, & in deliciis lætetur æternis.

℞. Obsecro Dómine, mitte quem missurus es: vide afflictionem populi tui: Sicut locutus es, veni.

* Et libera nos. ℞. Qui regis Israël intēde, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Sicut locutus. Glória Patri. Et libera.

In tertio Nocturno, Antiphona. Gabriël Angelus. Psalm. Cœliferarum, cum reliq. ut in Psalterio. 11. Absolutio.

A Vinculis peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens & misericors Dóminus. ℞. Amen. ℞. Jube domne benedicere. Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus & protectio. ℞. Amen. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Sic semper præponitur Lectio sancti Evangelii, ante primam Lectionem de Homilia.

Lectio vij. Cap. 21. c. In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii Papæ.

Homilia 1. in Evangelia. Dóminus ac Redemptor noster paratos nos invenire desiderans, senescētem mundum, quæ mala sequantur, denuntiat, ut nos ab ejus amore compescat. Appropinquans ejus terminum quantæ percussiones præveniant, innotescit: ut si Deum metiere in tranquillitate nolumus, saltem vicium ejus iudicium vel percussiónibus atriti timeamus.

℞. Ecce virgo concipiet, & pariet

filium, dicit Dóminus. * Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis. ℞. Super solum David, & super regnum ejus sedebit in æternum. Et vocabitur.

℞. Jube domne benedicere. Benedictio. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ℞. Amen.

Quando fit Officium de Sanctis, dicitur Cujus, vel Quorum, vel Quarum festum colimus, ipse, vel ipsa, ipsi, vel ipsæ, intercedat, vel intercedant pro nobis ad Dóminum. ℞. Amen.

Quando fit Officium de S. Maria. Cujus festum colimus, ipsa Virgo virginum intercedat pro nobis ad Dóminum. ℞. Amen.

Lectio vij.

Hic etenim lectióni sancti Evangelii, quam modo vestra fraternitas audivit, paulo superius Dóminus præmisit, dicens: Exurgat gens contra gentem, & regnum adversus regnum: & erunt terræ motus magni per loca, pestilentia, & fames. Et quibusdam interpositis, hoc, quod modo audistis, adjunxit: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum. Ex quibus protectio omnibus alia jam facta cernimus, alia in próximo ventura formidamus.

℞. Audite verbum Dómini Gentes, & annuntiate illud in finibus terræ:

* Et insulis, quæ procul sunt, dicit: Salvator noster advēnit. ℞. Annuntiate, & auditum facite: loquimini, & clamare. Et insulis.

℞. Jube domne benedicere. Benedictio. Ad societatem civium supernorum perducatur nos Rex Angelorum. ℞. Amen.

Quando legitur aliud Evangelium cum Homilia, dicitur sequens Benedictio. Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta. ℞. Amen.

Præ-

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel, alleluia. Psalm. Dóminus regnavit. 14. Antiph. Jucundare filia Sion, & exulta satis filia Jerusalem, alleluia. Psalmus. Jubilate Deo. 14. Antiphona. Ecce Dóminus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo: & erit in die illa lux magna, alleluia. Psalmus. Deus Deus meus. 15. Antiphona. Omnes sitiētes venite ad aquas: quærite Dóminum, dum inveniri potest, alleluia. Canticum. Benedicite. 15. Antiph. Ecce veniet Propheta magnus, & ipse renovabit Jerusalem, alleluia. Psalmus. Laudate Dóminum de cœlis. 16.

Capitulum. Rom. 13. d. Rattres, Hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. ℞. Deo gratias.

Hymnus. Obscra queque personans: Procull fugentur somnia: Ab alto Jesus promicat. Mens jam resurgat torpida. Non amplius jacens humi: Sidus refulget jam novum, Ut tollat omne noxium. En Agnus ad nos mittitur: Laxare gratis debitum: Omnes simul cum lacrymis Precemur indulgentiam. Ut, cum secundo fulserit, Metuque mundum cinxerit, Non pro reatu pœnit, Sed nos pius tunc protegat. Virtus, hæcor, laus, gloria Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paracelito, In seculorum secula. Amen.

℞. Vox clamantis in deserto, parate viam Dómini. ℞. Rectas facite semitas ejus.

℞. Te Deum, non dicitur nisi in Festis, Pars Hyemalis.

Prædicto ordine dicuntur Absolutiones & Benedictiones, quæcumque fit Officium novem Lectionum. Quando vero fit trium Lectio- num, si singulæ tres Lectiones sunt de Scriptura, Absolutio & Benedictiones primi Nocturni dicuntur, ij. & v. Feria: secundi Nocturni, iij. & vj. Feria: tertii Nocturni, iv. Feria & Sabbato, ommissa Benedictio- ne ante Evangelium, cujus locus dicitur Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat. ℞. Amen.

Si autem singulæ tres Lectiones non sint de Scriptura, Absolutiones dicuntur eodem ordine; Benedictio- nes vero ut in iij. Nocturno.

Si fit de Sancto, prima eij. Ille nos benedicat. Secunda Cujus festum colimus. Tertia Ad societatem.

Lectio ix. Nam gentem contra gentem exurgere, earumque pressuram terris insistere, plus jam in nostris temporibus cernimus, quam in codicibus legimus. Quod terræ motus urbes innumeras obruat, ex aliis mundi partibus scitis, quam frequenter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole, & luna, & stellis, adhuc appetere minime vidimus: sed quia & hæc non longè sint, ex ipsa jam æris immutatione colligimus.

℞. Ecce dies veniunt, dicit Dóminus, & suscitabo David germen justum: & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & justitiam in terra:

Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, * Dóminus justus noster.

℞. In diebus illis salvabitur Juda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc est. Glória Patri. Dóminus.

Ab hac Dominica usque ad Nativitatem Domini, & à Dominica Septuagesimæ usque ad Pascha, Dominicis diebus dicitur ix. Resp. quia Te Deum, non dicitur nisi in Festis, Pars Hyemalis.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel, alleluia. Psalm. Dóminus regnavit. 14. Antiph. Jucundare filia Sion, & exulta satis filia Jerusalem, alleluia. Psalmus. Jubilate Deo. 14. Antiphona. Ecce Dóminus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo: & erit in die illa lux magna, alleluia. Psalmus. Deus Deus meus. 15. Antiphona. Omnes sitiētes venite ad aquas: quærite Dóminum, dum inveniri potest, alleluia. Canticum. Benedicite. 15. Antiph. Ecce veniet Propheta magnus, & ipse renovabit Jerusalem, alleluia. Psalmus. Laudate Dóminum de cœlis. 16.

Capitulum. Rom. 13. d. Rattres, Hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus. ℞. Deo gratias.

Hymnus. Obscra queque personans: Procull fugentur somnia: Ab alto Jesus promicat. Mens jam resurgat torpida. Non amplius jacens humi: Sidus refulget jam novum, Ut tollat omne noxium. En Agnus ad nos mittitur: Laxare gratis debitum: Omnes simul cum lacrymis Precemur indulgentiam. Ut, cum secundo fulserit, Metuque mundum cinxerit, Non pro reatu pœnit, Sed nos pius tunc protegat. Virtus, hæcor, laus, gloria Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paracelito, In seculorum secula. Amen.

℞. Vox clamantis in deserto, parate viam Dómini. ℞. Rectas facite semitas ejus.

℞. Te Deum, non dicitur nisi in Festis, Pars Hyemalis.

Prædicto ordine dicuntur Absolutiones & Benedictiones, quæcumque fit Officium novem Lectionum. Quando vero fit trium Lectio- num, si singulæ tres Lectiones sunt de Scriptura, Absolutio & Benedictiones primi Nocturni dicuntur, ij. & v. Feria: secundi Nocturni, iij. & vj. Feria: tertii Nocturni, iv. Feria & Sabbato, ommissa Benedictio- ne ante Evangelium, cujus locus dicitur Ille nos benedicat, qui sine fine vivit & regnat. ℞. Amen.

Si autem singulæ tres Lectiones non sint de Scriptura, Absolutiones dicuntur eodem ordine; Benedictio- nes vero ut in iij. Nocturno.

Si fit de Sancto, prima eij. Ille nos benedicat. Secunda Cujus festum colimus. Tertia Ad societatem.

Lectio ix. Nam gentem contra gentem exurgere, earumque pressuram terris insistere, plus jam in nostris temporibus cernimus, quam in codicibus legimus. Quod terræ motus urbes innumeras obruat, ex aliis mundi partibus scitis, quam frequenter audivimus. Pestilentias sine cessatione patimur. Signa vero in sole, & luna, & stellis, adhuc appetere minime vidimus: sed quia & hæc non longè sint, ex ipsa jam æris immutatione colligimus.

℞. Ecce dies veniunt, dicit Dóminus, & suscitabo David germen justum: & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & justitiam in terra:

Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, * Dóminus justus noster.

℞. In diebus illis salvabitur Juda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc est. Glória Patri. Dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona. Spiritus sanctus in te descendet Mariae, ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia.

Oratio.

Excita, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni; ut ab imminenti peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis & regnas cum Deo Patre,

Ad Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, Antiphonæ de Laudibus dicuntur per ordinem, quarta prætermissa. Quod etiam servatur in aliis Dominicis Adventus.

Ad Primam, Hymnus. Jam lucis orto sidere. 18. Antiphona. In illa die. Psalmus. Deus in nomine tuo, cum reliquis de Psalterio, 18. Capitulum. Regi sæculorum. 22. R. br. Christe Fili Dei vivi, * Miserere nobis. Repetitur, Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. * Qui venturus es in mundum. Miserere nobis. * Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. * Exurge Christe, adjuva nos. R. Et libera nos propter nomen tuum.

Sic dicitur quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, præterquam in die & infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

Deinde Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Credo. * Et ego ad te Domine clamavi, cum reliquis de Psalterio. 22.

Ad Absolutionem Capituli, Lectio brevis, Domine miserere. 23. Quæ dicitur in Dominicis & Feriis usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusivè.

Ad Tertiam, Hymnus. Nunc sancte. Antiphona. Jucundare. Psalmus. Legem pone, cum reliquis. 31. Capitulum. Fratres, Hora est. 129.

R. breve. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Et repetitur. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. * Ostende faciem tuam, & salvi erimus. Domine Deus virtutum. * Glória Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. * Timebunt Gentes nomen tuum Domine. R. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Sic repetuntur Versus in omnibus Responsoris brevibus Horarum.

Ad Sextam, Antiphona. Ecce Dominus.

Capitulum. Rom. 13.

Nix præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

R. breve. Ostende nobis Domine, * Misericordiam tuam. Ostende. * Et salutare tuum da nobis. Misericordiam. Glória Patri. Ostende. * Memento nostri Domine in benedicto populi tui. R. Visita nos in salutari tuo.

Ad Nonam, Antiphona. Ecce venit.

Rom. 13.

Sicut in die honestè ambulamus: non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitis, non in contentione, & emulatione: sed induimini Dominum Jesum Christum.

R. br. Super te Jerusalem. * Orietur Dominus. Super. * Et glória ejus in te videbitur. Orietur. Glória Patri. Super. * Domine Deus virtutum converte nos. R. Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.

Ad Vesperas, Antiphona. In illa die, cum reliquis de Laudibus. 129. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Dñica. 100. Capitulum. Fratres, Hora est. Hymnus. Creator alme siderum, ut supra in j. Vesper. 125.

Y

* Rorate cæli desuper, & nubes pluant justum. R. Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum: ecce concipies, & paries filium, alleluia.

Oratio. Excita, quæsumus, ut supra. 130.

Hymni, * Y. & B. brevia hujus Dominicæ dicuntur in aliis Dominicis & Feriis Adventus.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperæ Defunctorum. lvi.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Regem venturum Dominum. * Venite, adoremus. Psalmus. Venite. 11.

Hymnus. Verbum supernum prædicens. 125. Antiphona. Dominus defensor. Psalmus. Dominus illuminatio, cum reliquis de Psalterio. 39.

Post * & Pater noster, Absolutiones & Benedictiones in hac & sequentibus Feriis dicuntur ordine superiùs descripto. 128.

De Isaiâ Propheta.

Lectio j.

Avimini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perversè, discite benefacere: quarite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

* Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi à Domino per Angelum transmissum est: concipies & paries Deum pariter & hominem.

Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. * Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimen-

tum: efficieris grávida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta.

Lectio ii.

Solueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis: gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicii? iustitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scóríam: vinum tuum mistum est aqua. Principes tui infidèles, socii furum: omnes diligunt múnera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad illos.

R. Letetur cæli, & exultet terra, jubilate montes laudem: quia Dominus noster venit. * Et pauperum suorum miserabitur. * Orietur in diebus ejus iustitia, & abundantia pacis. Et pauperum.

Lectio iij.

Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israël: Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scóríam tuam, & auferam omne stannum tuum. Et restitiam iudices tuos ut fuerint prius, & consiliarios tuos sicut antipresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

R. Alieni non transibunt per Jerusalem amplius: * Nam in illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel, dicit Dominus. * Deus à Libano veniet, & sanctus de monte umbróso & condensio. Nam in illa. Glória Patri. Nam in illa.

Ad Laudes, Añā. & Psalm. Miserere, cum reliquis de Psalterio. 47. Capitulum. *Isaia 2.*

Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulavimus in semitis eius: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

Hymnus. En clara vox. 129.

V. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. **R.** Rectas facite semitas eius.

Ad Benedictus, Antiphona.

Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto, alleluia.

Deinde dicuntur Preces. Kyrie eleison. Pater noster. V. Ego dixi, Domine, ut in Psalterio. 49.

Oratio.

Excita, quæsumus Domine, potentiam tuam, & veni; ut ab imminētibus peccatorum nostrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante salvari. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Oratio Dominice præterite semper dicitur per Hebdomadam in feriali Officio, quando propria non assignatur. Et ad Horas, Antiphonæ sumuntur de Laudibus Dominice præcedentis, quando ad Laudes Ferialis non assignantur proprie.

Hodie dicitur Officium Defunctorum. clix.

Ad Primam, Antiphona. In illa die. Capitulum. Pacem & veritatem, ut in Psalterio. 28.

R. *bt.* Christe Fili Dei vivi, **M**iserere nobis. *Repetitur.* Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. **V.** Qui venturus es in mundum. Miserere nobis. **V.** Gloria Patri. Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. **V.** Exurge Christe, adjuva nos. **R.** Et libera nos propter nomen tuum.

Deinde Preces ut in Psalterio in feriali Officio. 28.

Ad Absolutionem Capituli. Domine miserere, ut in Psalterio. 30. Ad Tertiam, Antiphona.

Jucundare.

Capitulum.

Jerem. 23.

Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen justum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & justitiam in terra.

R. *breve.* Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Veni ad ostendendam faciem tuam, & salvum erimus. Domine Deus. Gloria Patri. Veni ad. **V.** Timebunt Gentes nomen tuum Domine. **R.** Et omnes reges terræ gloriam tuam.

Post R. breve, dicitur Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. V. Domine Deus virtutum, ut in Psalterio. 33.

Ad Sextam, Antiphona.

Ecce Dominus.

Capitulum.

Jerem. 23.

In diebus illis salvabitur Juda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

R. *breve.* Ostende nobis Domine, misericordiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis, misericordiam. Gloria Patri. Ostende. **V.** Memento nostri Domine in benedictione populi tui. **R.** Visita nos in salutari tuo.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 35.

Ad Nonam, Antiphona. Ecce veniet.

Capitulum.

Isaia 14.

Propè est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserabitur enim Dominus Jacob, & Israel salvabitur.

R. *breve.* Super te Jerusalem, Orietur Dominus. Super. **V.** Et gloria ejus in te videbitur. Orietur Gloria Patri. Super. **V.** Veni Domine.

mine, & noli tardare. **R.** Relaxa facinora plebi tuæ.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 38. Ad Vesperas, Antiphona. Inclinauit. Psalmus. Dilèxi, cum reliquis de Psalterio. 103.

Capitulum.

Gener. 49.

Non auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

Hymnus. Creator alme siderum, ut supra. 125.

V. Rorate cæli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Leva Jerusalem oculos tuos, & vide potentiam Regis: ecce Salvator venit solvere te à vinculo.

Deinde dicitur Kyrie eleison, cum Precibus, ut supra in Psalterio. 105.

Capitula prædicta dicuntur in feriali Officio usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive.

FERIA TERTIA.

De Isaia Propheta.

Cap. 2.

Verbum, quod vidit Isaïas, filius Amos, super Juda & Jerusalem. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

R. Montes Israël ramos vestros expandite, & florète, & fructus facite: Propè est ut veniat dies Domini. **V.** Rorate cæli desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Propè est.

LECTIO ij.

Et judicabit Gentes, & arguet populos multos: & confluent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Proiecti enim populum tuum, domum Jacob: quia repleti sunt ut olim, & argues habebunt ut Philistiim, & pueris alienis adhaerent.

R. Erumpant montes jucunditatem, & colles justitiam: Quia lux mundi Dominus cum potentia venit. **V.** De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Jerusalem. Quia lux.

LECTIO iij.

Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum ejus: & repleta est terra ejus equis: & innumerabiles currigæ ejus. Et repleta est terra ejus idolis: opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incurvavit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

R. Ecce ab Austro venio ego Dominus Deus vester, Visitare vos in pace. **V.** Aspiciam vos, & crederet faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Visitare. Gloria Patri. Visitare.

Ad Benedictus, Antiphona. Antequam convenirent, inventa est Maria habens in utero de Spiritu sancto, alleluia.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 49.

Ad Magnificat, Antiphona. Querite Dominum, dum inveniri potest: invocata eum, dum propè est, alleluia.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 105.

FERIA QUARTA.

De Isia Propheta.

Lectio j.

Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, & a Juda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquae: fortem, & virum bel-latorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem: Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloqui mystici. Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis.

R. Rex noster adveniet, Christus, quem Joannes praedicavit Agnum esse venturum. **V.** Super ipsum continebunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabuntur. Quem.

Lectio ij.

T irruet populus, vir ad virum, & unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem haec sub manu tua. Respondente in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi.

Ante multum tempus prophetauit Ezechiel: Vidi portam clausam: ecce Deus ante saecula ex ea procedebat pro salute mundi: Et erat iterum clausa, demonstrans Virginitatem, quia post partum permansit virgo. Porta quam vidisti, Dominus solus transibit per illam. Et.

Lectio iij.

Ruit enim Jerusalem, & Judas concidit: quia lingua eorum & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majes-

tatis ejus. Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma praedicaverunt, nec absconderunt: va animae eorum, quoniam reddita sunt eis mala. Dicitur justo quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedit. Va impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei.

R. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David germen justum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & justitiam in terra: * Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, * Dominus justus noster. **V.** In diebus illis salvabitur Juda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc Gloria Patri. Dominus.

Ad Benedictus, Antiphona.
De Sion exiit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 49.
Ad Magnificat, Antiphona.
Veniet fortior me post me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 105.
FERIA QUINTA.
De Isia Propheta.

Lectio j.

Et apprehendet septem mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedimus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer oprobrium nostrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terrae sublimis, & exultatio his, qui salvati fuerint de Israel. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Jerusalem.

R. Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est: concipies & paries Deum pariter & hominem * Ut be-

benedicta dicaris inter omnes mulieres. **V.** Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris gravida, & eris mater semper intacta. Ut benedicta.

Lectio ij.

C Antabo dilecto meo canticum patris mei vineae suae. Vineae facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepovit eam, & lapides elegit eis illa, & plantavit eam electam, & edificavit turrim in medio ejus, & torcular extruxit in ea: & expectavit ut faceret uvas, & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Jerusalem, & viri Juda, iudicate inter me & vineam meam. Quid est quod debui ultra facere vineae meae, & non feci ei? an quod expectavi ut faceret uvas, & fecit labruscas?

V. Aspiciebam in visu noctis, & ecce in nubibus caeli Filius hominis veniebat: & datum est ei regnum, & honor: & omnis populus, tribus, & linguae servient ei. **V.** Potestas ejus, potestas aeterna, quae non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur. Et omnis.

Lectio iij.

Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineae meae, auferam sepem ejus, & erit in direptionem: diruam maerem ejus, & erit in conculcationem. Et ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur: & ascendent vepres & spinae: & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Vineae enim Domini exercituum domus Israel est: & vir Juda germen ejus electabile: & expectavi ut faceret iudicium, & ecce iniquitas: & justitiam, & ecce clamor.

R. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam Joseph, nuntians ei verbum, & expansit virgo de lumine. Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Do-

minum. * Ecce concipies & paries, & vocabitur Altissimi Filius. **V.** Dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in aeternum. Ecce concipies. Gloria Patri. Ecce concipies.

Ad Benedictus, Antiphona.
Benedictus tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.

Deinde Kyrie eleison, ut sup. 49.
Ad Magnificat, Antiphona.
Expectabo Dominum Salvatorem meum, & praestolabor eum dum prope est, alleluia.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 107.

FERIA SEXTA.

De Isia Propheta.

Lectio j.

In anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solum excelsum & elevatum: & ea, quae sub ipso erant, replerant templum: Seraphim stabant super illud: sex alae uni, & sex alae alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria ejus.

R. Ave Maria, gratia plena: Dominus tecum: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: quod enim ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. **V.** Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei. Spiritus sanctus.

Lectio ij.

Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis, & domus repleta est fumo. Et dixit: Vae mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego

hábito, & regem Dóminum exercituum vidi oculis meis. Et volávit ad me unus de Séraphim, & in manu ejus cálculus, quem fórscipe tulerat de altari. Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc lábia tua, & auferátur iniquitas tua, & peccátum tuum mundábitur.

¶ Salvatorem expectámus Dóminum Jesum Christum, Qui reformábit corpus humilitátis nostræ, configurátum corpore claritátis suæ. ¶ Sobriè, & justè, & piè vivámus in hoc sæculo, expectántes beatam spem, & adventum glóriæ magni Dei. Qui reformábit.

Lectio II.

ET audivi vocem Dómini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me. Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audíte audientes, & nolite intelligere: & vidíte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiát, & corde suo intelligat, & convertátur, & sanem eum.

¶ Obsecro Dómine, mitte quem misístus es: vide afflictionem populi tui: Sicut locútus es, veni. ¶ Et libera nos. ¶ Qui regis Israël inténde, qui dedístis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Sicut locútus. Glória Patri. Et libera.

Ad Benedictus, Antiphona.

Ecce véniet Deus & homo de domo David sedére in throno, alleluia.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ex Ægypto vocávi Filium meum: véniet, ut salvet populum suum.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 107.

S A B B A T O.

De Isaia Prophéta.

Lectio I. *Cap. 7.*

ET factum est in diebus Achaz filii Joathan, filii Ozia regis Juda, ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romelæ rex Israël, in Jerusalem, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nuntiaverunt domui David, dicentes: Requievit Syria super Ephraim, & commotum est cor ejus, & cor populi ejus, sicut moventur ligna silvarum a facie venti. Et dixit Dóminus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extrémum aqueductus piscine superioris in via Agri fullonis.

¶ Ecce virgo concipiet & pariet filium, dicit Dóminus: Et vocabitur nomen ejus Admirabilis, Deus, Fortis. ¶ Super sólium David, & super regnum ejus sedébit in æternum. Et vocabitur.

Lectio II.

ET dices ad eum: Vide ut síleas: nolite timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titíonum fumigantium istórum in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filii Romelæ: eò quod consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romelæ, dicentes: Ascendámus ad Judam, & suscitémus eum, & avelámus eum ad nos, & ponámus regem in medio ejus filium Tabeel.

¶ Audite verbum Dómini Gentes, & annuntiáte illud in finibus terræ:

¶ Et insulis, quæ procul sunt, dicite: Salvátor noster advéniet. ¶ Annuntiáte, & audítum facite: loquimini, & clamáte, Et insulis.

Lectio III.

ET adjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et di-

dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audire ergo domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse hominibus, quia molésti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanúel. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

¶ Ecce dies veniunt dicit Dóminus: & suscitábo David germen justum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet judicium & justitiam in terra: ¶ Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dóminus justus noster. ¶ In diebus illis salvabitur Juda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc Glória Patri. Dóminus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Sion noli timere, ecce Deus tuus véniet, alleluia.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 49.

Ad Vesperas.

Capitulum.

Rom. 15.

Ratres, Quacúmque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturárum, spem habeámus.

Hymnus.

Creator alme siderum,
Æterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Inténde votis supplicum.
Qui dæmonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medéla factus es.
Commune qui mundi nefas
Ut expiáres, ad Crucem
E Virginis Sacrário
Intácta prodis víctima.
Cujus potéstas glóriæ,
Noménque cum primùm sonat;
Et Coelites, & inferi
Treménte curvántur genu.

Te deprecámur última
Magnum díei Judicem.
Armis supérnæ gratiæ
Defénde nos ab hostibus.
Virgus honor, laus, glória
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paráclito,
In sæculórum sæcula.

Amen.

¶ *V.* Rorate cœli desuper, & nubes pluunt justum. ¶ *R.* Aperiatúr terra, & germinet Salyatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Veni Dómine visitare nos in pace: ut latémur coram te corde perfécto.

Oratio.

Exita Dómine corda nostra ad præparandas Unigéniti tui vias; ut per ejus adventum, purificatis tibi méntibus servire mereamur. Qui tecum vivit & regnat in unitate.

D O M I N I C A I I.

Adventus.

Ad Matutinum, Invitatorium.
Regem ventúrum Dóminum, ¶ *V.* Venite, adorémus. *Psalmus, Venite, exultémus. 1.*

Hymnus.

Verbum supérnum pródiens
E Patris æterni sinu,
Qui natus orbi súbvenis,
Labénte cursu temporis:
Illúmina nunc pectora,
Tuoque amore concrema;
Ut cor cadúca deserens
Cœli voluptas impleat.
Ut, cum tribunal Judicis
Damnabit igni nóxios,
Et vos amica débitum
Vocabat ad cœlum pios:
Non esca flammárum nigros
Volvámur inter túrbines,
Vultu Dei sed cómpotes
Cœli fruámur gaudiis.
Patri, simique Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit júgiter
Sæclum per omne glória. Amen.

In

In primo Nocturno, Antiphona.
Veniēt ecce Rex, Psalm. Beātus vir,
cum reliquis, ut in Psalterio. 2.

De Isaia Prophēta.

Lectio i. Cap. 11.
ET egrediētur virga de radice
Jesse, & flos de radice ejus
ascēdet. Et requiescet super eum
spiritus Dōmini: spiritus sapiē-
tiae, & intellēctus, spiritus consi-
līi, & fortitudinis, spiritus sciē-
tiae, & pietatis, & replēbit eum spi-
ritus timōris Dōmini: non secū-
dum visionem oculōrum judicābit,
neque secūndum auditum aurium
triquet: sed judicābit in iustitia pau-
peris, & arguet in aequitate pro
perversis terrae.

Jerusalem, cito veniet salus tua:
quare morōre consumiis? num-
quid consiliarius non est tibi, quia
renovāvit te dolor? Salvābo te,
& liberābo te, noli timere. Ego
enim sum Dōminus Deus tuus, sanc-
tus Israēl, Redēptor tuus. Salva-
bo te.

Lectio ij.

ET percūtet terram virgā oris
sui, & spiritus labiōrum suorū
interficiet impiū. Et erit iustitia
regulū lumbōrum ejus: & fides
in cōfōrūm renūm ejus. Habitābit
inopis cum agno: & pardus cum
leōdo acubābit: vitulus & leo, &
ovīs simul morābuntur: & puer
parvulus minābit eos. Vitulus, &
ovīs pascēntur: simul requiescent
cittuli eōrum: & leo quasi bos cōme-
det pāleas.

Ecce Dōminus veniet, & omnes
sancti ejus cum eo, & erit in die illa
lux magna: & exibunt de Jerusalem
sicut aqua munda: & regnābit Dō-
minus in aeternū. Super omnes
terras. Ecce Dōminus cum
virtute veniet: & regnum in manu
suis, & potestas & impērium.
Imper.

Lectio iij.

ET delectābitur infans ab ubere
super foramine aspīdis: & in
caverna regūli, qui ablatūsus fuerit,
manū suam mittet. Non nocēbunt,
& non occident in univēso monte
sancto meo: quia replēta est terra
sciētia Dōmini, sicut aquae maris
operiētes. In die illa radix Jesse,
qui stat in sinu populōrum, ipsūm
gentes deprecābuntur, & erit sepul-
chrum ejus gloriōsum.

Civitas Jerusalem noli flere,
quōniam dōluit Dōminus super te:
& auferet à te omnem tribula-
tionem. Ecce Dōminus in forti-
tudine veniet, & brachium ejus domi-
nābuntur. Et, Glōria Patri. Et.

In secundo Nocturno, Antiphona.
Gaude & letare, Psalm. Conserva,
cum reliquis, ut in Psalterio. 8.

De Expositione Sancti Hierōnyimi
Presbyteri in Isaiaam Prophētam.

Lib. 4. in cap. 11. Isaia.

Lectio iv.

ET egrediētur virga de radice
Jesse. Usque ad principium
visionis, vel ponderis Babilōnis,
quod vidit Isaia filius Amos, om-
nis haec prophēta de Christo este:
quam per partes vōlumus explanā-
re, ne simul propōsita atque dis-
serta, lectōris confundat memō-
riam. Virgam & florem de radice
Jesse ipsum Dōminum Judaei inter-
pretantur: quod scilicet in virga
regnantis potentia, in flore pulchri-
tudo monstrētur.

Ecce veniet Dōminus protector
noster, Sanctus Israēl. Coronam
regni habens in capite suo. Et
dominābitur à mari usque ad mare,
& à flumine usque ad terminos orbis
terrārum. Coronam.

Lectio v.

NOs autem virgam de radice
Jesse Sanctam Mariam Virgi-
nem inteligamus, quae nullum ha-
bit

bit sibi frūctum coherēntem: de
qua & supra legimus: Ecce virgo
concipiet & pariet filium. Et flo-
rem, Dōminum Salvatōrem, qui
dicit in Cāntico canticōrum: Ego
flos campi, & liliū convallium.

Sicut mater consolatur filios suos,
ita consolabor vos, dicit Dōminus:
& de Jerusalem civitate quam elegi,
veniet vobis auxilium: Et vidē-
bitis, & gaudebit cor vestrum.
Dabo in Sion salutem, & in Je-
rusalem glōriam meam. Et vidēbitis.

Lectio vj.

Super hunc igitur florem, qui
de trunco, & radice Jesse per
Mariam virginem repēntē consurget,
requiescet Spiritus Dōmini: quia in
ipso complacuit omnem plenitudi-
nem divinitatis habitare corporali-
ter: nequaquam per partes, ut in
ceteris Sanctis: sed juxta Evangē-
lium eōrum, quod Hebraei sermō-
ne conscriptum legunt Nazarei:
Descēdet super eum omnis fons
Spiritus sancti. Dōminus autem Spi-
ritus est: & ubi Spiritus Dōmini,
ibi libertas.

Jerusalem plantabis vineam in
montibus tuis: exultabis, quōniam
dies Dōmini veniet: surge Sion,
converte ad Dōminum Deum
tuum: gaude & letare Jacob,
Quia de medio Gēntium Salvator
tuus veniet. Exulta satis filia
Sion: jūbila filia Jerusalem. Quia,
Glōria Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Antiphona. Gābriel
Angelus, Psalmus. Coeli enarrant,
cum reliquis, ut in Psalterio. 11.

Lectio sancti Evangēlii secū-
dum Matthaeum.

Lectio vij.

In illo tempore: Cūm audisset
Joannes in vinculis opera Chris-
ti, mittens duos de discipulis suis,
ait illi: Tu es, qui venturus es, an-
tium expectamus? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregōrii Papae.

Homilia 6. in Evang. post principium.
Iis tot signis, tantisque vir-
tutibus, non scandalizari
quisque pōtuit, sed admirari. Sed
infidelium mens grave in illo scan-
dalum pērtulit, cūm eum post tot
miracula morientem vidit. Unde
& Paulus dicit: Nos autem predi-
cāmus Christum crucifixum, Judaeis
quidem scandalum, Gēntibus autem
stultitiam. Stultum quippe homini-
bus visum est, ut pro hominibus auc-
tor vita morerētur: & inde contra
eum homo scandalum sumpsit, undē
ei ampliūs debitor fieri debuit. Nam
tanto Deus ab hominibus dignitas
honorandus, est quāto pro homi-
nibus & indigna suscepit.

Egrediētur Dōminus de Samaria
ad portam, quae respicit ad Oriē-
tem: & veniet in Bēthlehem, am-
bulans super aquas redemptionis Ju-
dae: Tunc salvus erit omnis homo:
quia ecce veniet. Et pra-
parabitur in misericordia solium
ejus, & sedēbit super illud in veri-
tate. Tunc salvus.

Lectio viij.

Quid est ergo dicere, Beātus qui
non fuerit scandalizatus in me;
nisi apēta voce abjectionem
mortis tuae, humilitatēque signāre?
Ac si patēter dicat: Mira quidem
facio, sed abjecta pēpēti non dedig-
nor. Quia ergo moriēdo te subse-
quor, cavēdam valde est homini-
bus, ne in me mortem despiciant, qui
signa venerantur.

Festina, ne tardāveris Dōmine:
& libera pōpulum tuum. Veni
Dōmine, noli tardare, relaxa
facinora plebi tuae. Et libera.

Lectio ix.

Ed dimissis Joānnes discipulis,
quid de eodem Joāne turb-
dicat, audiamus. Quid existis in Je-
sērtum vidēre? Arundinem vento
agi

agitatum? Quod videlicet non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox ut aura contigerit, in partem alteram inflectit. Et quid per arundinem, nisi carnalis animus designatur? Qui mox ut favore, vel detractioe tangitur, statim in partem quamlibet inclinatur. **R.** Ecce Dominus venit cum splendore descendens, & virtus ejus cum eo. **V.** Visitare populum suum in pace, & constituere super eum vitam sempiternam. **V.** Ecce Dominus noster cum virtute venit. Visitare. Gloria Patri. Visitare.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

ECce in nubibus caeli Dominus venit cum potestate magna, alleluia. Psalm. Dominus regnavit cum reliquis. 14. **Añs.** Urbs fortitudinis nostrae Sion, Salvator ponetur in ea murus, & antemurale: aperite portas, quia nobiscum Deus, alleluia. **Añs.** Ecce apparbit Dominus, & non mentietur: si moram fecerit, expecta eum, quia venit, & non tardabit, alleluia. **Añs.** Montes & colles cantabunt coram Deo laudem, & omnia ligna silvarum plaudent manibus: quoniam venit Dominator Dominus in regnum aeternum, alleluia, alleluia. **Añs.** Ecce Dominus noster cum virtute venit, & illuminabit oculos servorum suorum, alleluia.

Capitulum.

Rom. 15.

Fratres, Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.

Hymnus.

EN clara vox redarguit Obscura quaeque, personans: Procul fugentur somnia: Ab alto Jesus promicat. Mens jam resurgat torpida, Non amplius jacens humi:

Sidus resurget jam novum, Ut tollat omne noxium.

En Agnus ad nos mittitur Laxare gratis debitum: Omnes simul cum lacrymis Precemur indulgentiam.

Ut, cum secundo fulserit, Metique mundum cinxerit, Non pro reatu puniat, Sed nos pius tunc protegat.

Virtus, honor, laus, gloria Deo Patri cum Filio, Sancto simul Paracrito, In saeculorum saecula. Amen.

V. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. **R.** Rectas facite semitas ejus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Joannes autem cum audisset in vinctulis opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus.

Oratio.

EXcita Domine corda nostra, ad preparandas Unigeniti tui vias: ut per ejus adventum, purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum vivit & regnat.

Ad Tertiam, Antiphona. Urbs fortitudinis. **Capitulum.** Fratres, Quaecumque, ut supra.

R. breve. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Veni.

V. Ostende faciem tuam, & salvi erimus. Domine Deus. Gloria Patri. Veni. **V.** Timebunt Gentes nomen tuum Domine. **R.** Et omnes reges terrae gloriam tuam.

Ad Sextam, Antiphona.

Ecce apparbit.

Capitulum.

Rom. 15.

DEus autem patientiae, & solatii det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum: ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Jesu Christi.

R.

R. breve, Ostende nobis Domine, Misericordiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis, Misericordiam. Gloria Patri. Ostende. **V.** Meménto nostri Domine in beneplacito populi tui. **R.** Visita nos in salutari tuo.

Ad Nonam, Antiphona.

Ecce Dominus noster.

Capitulum.

Rom. 15.

DEus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: ut abundetis in spe: & in virtute Spiritus sancti.

R. Super te Jerusalem, Orietur Dominus. Super. **V.** Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria Patri. Super. **V.** Domine Deus virtutum converte nos. **R.** Et ostende faciem tuam, & salvi erimus.

Ad Vesperas, Antiphona. Ecce in nubibus, cum reliquis de Laudibus. 140. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. 100.

Capitulum. Fratres, Quaecumque. Hymnus. Creator, ut supra. 137. **V.** Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiat terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Dicite Joanni quae vidistis: Ad lumen redeunt caeci, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur, alleluia.

Oratio. Excita Domine corda nostra, ut sup. 140.

Post Vesperas diei dicuntur Vesperae Defunctorum. clj.

FERIA SECUNDA.

Ad Matutinum, Invitorium. Regem venturum Dominum. **V.** Venit, adoramus. Psalmus. Venite.

Hymnus. Verbum supernum prodiens. 137. **Antiphona.** Dominus defensor. Psalmus. Dominus illuminatio, cum reliquis de Psalterio. 39.

De Isaia Propheta.

Lectio j.

Cap. 13.

Omnis Babylonis, quod vidit Isaia filius Amos. Super montem caliginosum levate signum, & ingrediantur portas duces. Ego mandavi sanctificatis meis, & vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium: vox sonitus regum, gentium congregatarum.

R. Suscipe verbum virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum transmissum est: concipies & paries Deum pariter & hominem: **V.** Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. **V.** Paries quidem filium, & virginitatis non patieris detrimendum: efficiaris graviora, & eris mater semper intacta. Ut benedicta.

Lectio ij.

Dominus exercituum praecipit militiae belli, venientibus de terra procul, ad summitate caeli: Dominus, & vasa fitroris ejus, ut disperdat omnem terram. Ululate, quia propet est dies Domini: quasi vastitas ad Domino venit. Propter hoc, omnes manus dissolvuntur, & omne cor hominis contabescet, & convertetur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturientes, dolentium, uniusquisque ad proximum suum stupēbit, facies combustae vultus eorum.

R. Latentur caeli, & exultet terra, jubilate montes laudem: quia Dominus noster venit. **V.** Et pauperum suorum miserabitur. **V.** Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis. Et pauperum.

Lectio iij.

ECce dies Domini venit, crudelis, & indignationis plenus, & ire, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos de ea. Quoniam stellae

ccc-

celi, & splendor eorum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humilabo.

R. Alieni non transibunt per Jerusalem amplius: • Nam in illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel, dicit Dominus. **V.** Deus & Libano veniet, & sanctus de monte umbroso & condenso. Nam in illa. Gloria Patri. Nam in illa.

Ad Laudes, Antiph. & Psalm. Misereere, cum reliquis de Psalterio. 47.

Capitulum. *Isaia 2.*
V. Enite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exhibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

Hymnus. En clara vox. ut supra. 140.
V. Vox clamantis in deserto, paratam viam Domini. **R.** Rectas facite semitas eius.

Ad Benedictus, Antiphona.
De caelo venit Dominator Dominus, & in manu eius honor & imperium.

Deinde Kyrie elison, ut supra.

Oratio.
E. Xcite Domine corda nostra ad preparandas Unigeniti tui vias; ut per eius adventum purificatis tibi mentibus servire mereamur. Qui tecum vivit & regnat.

Hodie dicitur Officium Defunctorum.

Ad Horas, Antiphona & reliqua, ut annotatur Feria secunda post Dominicam primam Adventus. 134.

Ad Tertiam, Antiphona.
Urbs fortitudinis.

Capitulum. *Jerem. 23.*
E. Cce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo David genuinum justum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & justitiam in terra.

R. breve. Veni ad liberandum nos, Domine Deus virtutum. Veni. **V.** Ostende faciem tuam, & salveris. Domine Deus. Gloria Patri. Veni. **V.** Timebunt Gentes nomen tuum Domine. **R.** Et omnes reges terre gloriam tuam.

Post R. breve, dicitur Kyrie elison. Christe elison, Kyrie elison. Pater noster. **V.** Domine Deus virtutum, ut in Psalterio. 33.

Ad Sextam, Antiphona.
Ecce apparebit.

Capitulum. *Jerem. 23.*
I. N diebus illis salvabitur Juda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

R. breve. Ostende nobis Domine, Misericordiam tuam. Ostende. **V.** Et salutare tuum da nobis, Misericordiam. Gloria Patri. Ostende. **V.** Meménto nostri Domine in benedictio populi tui. **R.** Visita nos in salutari tuo.

Deinde Kyrie elison, ut supra.
Ad Nonam, Antiphona.
Ecce Dominus noster.

Capitulum. *Isaia 14.*
P. Ropé est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserébitur enim Dominus Jacob, & Israel salvabitur.

R. b. Super te Jerusalem. Orietur Dominus. Super. **V.** Et gloria ejus in te videbitur. Orietur. Gloria Patri. Super. **V.** Veni Domine, & noli tardare. **R.** Relaxa facinorosa plebi tuae.

Deinde Kyrie elison, ut supra.

Ad Vesperas, Antiphona. Inclinauit. Psalmus. Diléxi, cum reliquis de Psalterio. 130.

Capitulum. *Gen. 49. b.*
N. On auferetur sceptrum de Juda, & dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

Hymnus. Creator alme. 137.
V. Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.
Ecce veniet Rex Dominus terra, & ipse auferet jugum captivitatis nostrae.

Deinde Kyrie elison, ut supra.

FERIA TERTIA.
De Isaia Propheta.

Cap. 14.
P. Ropé est ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserébitur enim Dominus Jacob, & eligit adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adjungetur advena ad eos, & adherébit domui Jacob. Et tenébut eos populi, & addúcent eos in locum suum: & possidébit eos domus Israel super terram Domini in servos & ancillas: & erunt capientes eos, qui se céperant, & subjicient exactores suos.

R. Montes Israel ramos vestros expandite, & floréte, & fructus facite: • Propé est ut veniat dies Domini. **V.** Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Propé est.

Leccio ij.
E. T erit in die illa: cum réquiem dederit tibi Deus a labore tuo, & a concussione tua, & a servitute dura, qua anté servisti: sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessavit

exactor, quiévit tributum? Contrévit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cedentem populos in indignatione, plagá insanabili, subjicientem in furore gentes, persequentem crudeliter.

R. Erumpant montes jucunditatem, & colles justitiam: • Quia lux mundi Dominus: cum potentia veniat. **V.** De Sion exhibit lex, & verbum Domini de Jerusalem. Quia.

Leccio ij.
Q. Uomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mané oriebáris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo sólium meum, sedébo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verúntamen ad infernum detrahéris in profundum lacu.

R. Ecce ab Austro venio ego Dominus Deus vester, • Visitare vos in pace. **V.** Aspiciam vos, & créscere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Visitare. Gloria Patri. Visitare.

Ad Benedictus, Antiphona.
Super te Jerusalem oriétur Dominus, & gloria ejus in te videbitur.

Deinde Kyrie elison, ut supra.

Ad Magnificat, Antiphona.
Vox clamantis in deserto: Paratam viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.

Deinde Kyrie elison, ut supra.

FERIA QUARTA.
De Isaia Propheta.

Leccio j. *Cap. 16.*
E. Mitte agnum Domine dominatorem terra, de Petra deserti ad montem filiae Sion. Et erit: Sicut avis fugiens, & pulli nidulo avolantes, sic erunt filiae Moab in transensu Arnon. Ini construe

coge concilium: pone quasi noctem umbram tuam in meridie: absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabit apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris.

R. Rex noster advénit Christus, quem Joánnes prædicávit Agnum esse venturum. **V.** Super ipsum continebunt reges os suum, ipsum Gentes deprecabuntur. Quem.

Lectio ij.

F Intus est enim pulvis, consummatus est miser: deficit qui conculcabat terram. Et præparabitur in misericórdia sólium, & sedebit super illud in veritate in tabernáculo David, iudicans & querens iudicium, & velociter reddens quod justum est. Audivimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia ejus & arrogántia ejus, & indignatio ejus plusquam fortitudo ejus.

R. Ante multum tempus propheta vit Ezéchiél: Vidi portam clausam: ecce Deus ante secula ex ea procedebat pro salute mundi: Et erat iterum clausa, demonstrans Virginitatem, quia post partum permansit virgo. **V.** Porta quam vidisti, Dominus solus transibit per illam. Et.

Lectio iij.

I Deicó ululabit Moab ad Moab, universus ululabit: his, qui latitantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Quóniam suburbána Hésebon deserta sunt, & vineam Sábama dómini Géntium exciderunt: flagella ejus usque ad Jazer pervenerunt: erraverunt in deserto, propágines ejus relicte sunt, transierunt mare.

R. Ecce Dominus véniet cum splendore descendens, & virtus ejus cum eo, & visitare pópulum suum in pace, & constituere super eum vitam sempitérnám. **V.** Ecce

Dóminus noster cum virtute véniet. Visitare pópulum. Glória Patri. Visitare.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam meam ante faciem tuam.

Deinde Kyrie eléison, ut sup. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sion renovaberis, & videbis justum tuum, qui venturus est in te.

Deinde Kyrie eléison, ut sup. 105.

FERIA QUINTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. 19.

O Nus Ægypti. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus, & cor Ægypti tabescet in medio ejus. Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum.

R. Jerusalem, cito véniet salus tua: quare moróre consideris? numquid consiliarius non est tibi, quia innovavit te dolor? **V.** Salvabo te, & liberabo te, nolitimere. **V.** Ego enim sum Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, Redemptor tuus. Salvabo.

Lectio ij.

E T dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus, & consilium ejus precipitabo: & interrogabunt simulacra sua, & divinos suos, & pythones, & ariolos. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. Et arecet aqua de mari, & fluvius desolabitur, atque siccabitur. Et deficient humina: attenuabuntur, & siccabitur rivi aggerum.

R. Ecce Dominus véniet, & omnes Sancti ejus cum eo, & erit in die

die illa lux magna: & exibunt de Jerusalem sicut aqua munda: & regnabit Dominus in æternum, Super omnes Gentes. **V.** Ecce Dominus cum virtute véniet: & regnum in manu ejus, & potestas, & imperium. Super.

Lectio iij.

S Tulti principes Taneos, sapienter consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens: quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum? Ubi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitaverit Dominus exercituum super Ægyptum. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Memphes, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus.

R. Civitas Jerusalem noli flere: quóniam doluit Dominus super te, & Er auferet a te omnem tribulationem. **V.** Ecce Dominus in fortitudine véniet: & brachium ejus dominabitur. Et auferet. Glória Patri. Et auferet.

Ad Benedíctus, Antiphona.

Tu es, qui venturus es Domine, quem expectamus, ut salvum facias pópulum tuum.

Deinde Kyrie eléison, supra. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.

Qui post me véniet, ante me factus est, cujus non sum dignus calcamenta solvere.

Deinde Kyrie eléison, ut supra. 105.

FERIA SEXTA.

De Isaia Prophéta.

Lectio i. Cap. 24.

E Cce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem ejus, & disperget habitatores ejus. Et erit sicut pópulus, sic sacerdos: & sicut serpens, sic dominus ejus: sicut ancilla, sic domina ejus: sicut emens, sic ille

Paer Hyemalis.

qui vendit: sicut fenerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc.

R. Ecce véniet Dominus protector noster, sanctus Israel, Coronam regni habens in capite suo. **V.** Et dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coronam.

Lectio ij.

L Uxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo pópuli terra. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fedus sempitérnum. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabant habitatores ejus: ideoque insipientes cultores ejus, & relinquentur homines pauci.

R. Sicut mater consolatur filios suos, ita consolabor vos, dicit Dominus: & de Jerusalem civitate quam elegi, véniet vobis auxilium: Et videbitis, & gaudebit cor vestrum. **V.** Dabo in Sion salútem, & in Jerusalem glóriam meam. Et videbitis.

Lectio iij.

L Uxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. Cum canticum non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam. Attrita est civitas vanitatis illam, est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vultu in plateis: deserta est omnis lætitia: translatum est gaudium terre. Relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimeat portas. Quia hæc erunt in medio terre, in medio populorum: quomodo si pauca olivæ, quæ remanserunt,

K

runt exultantur ex olea; & racemum, cum fuerit finita vindemia. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hincient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificat Dominus: in insulis maris nomen Domini Dei Israel. A finibus terrae laudes audivimus, gloriam justi.

R. Jerusalem plantabis vineam in montibus tuis: exultabis, quoniam dies Domini veniet: surge Sion, convertere ad Dominum Deum tuum: gaude & letare Jacob. Quia de medio Gentium Salvator tuus veniet. **V.** Exulta satis filia Sion, iubilans filia Jerusalem. Quia Gloria Patri. Quia.

Ad Benedictus, Antiphona.
Dicite, Pusillanimes confortamini: ecce Dominus Deus noster veniet.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 49.

Ad Magnificat, Antiphona.
Cantate Dominum canticum novum: laus ejus ab extremis terrae.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 105.
S A B B A T O.
De Isaia Propheta.

Lectio i. **Cap. 25.**
Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fidelis, amen. Quia posuisti civitatem in tumulo, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, & in sempiternum non aedificetur. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine, umbraculum ab aestu.

R. Egrediatur Dominus de Samaria ad portam, quae respicit ad Orientem: & veniet in Bethlehem, ambulans super aquas redemptionis

Juda: * Tunc salvus erit omnis homo: quia ecce veniet. **V.** Et preparabitur in misericordia solum ejus, & sedebit super illud in veritate. Tunc salvus.

Lectio ij.

Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. Sicut ventus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medullatorum, vindemiae defecatae. Et praecipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes.

R. Festina, ne tardaveris Domine: Et libera populum tuum. **V.** Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi tuae. Et libera.

Lectio iij.

Praecipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de universa terra: quia Dominus locutus est. Et dicit in die illa: Ecce Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos: iste Dominus, sustinimus eum, exultabimus, & letabimur in salutari ejus. Quia requiescet manus Domini in monte isto: & triturbabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleae in plaustris. Et extendet manus suas sub eo, sicuti extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam ejus cum allisione manuum ejus. Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram usque ad pulverem.

R. Ecce Dominus veniet cum splendore descendens, & virtus

ejus

ejus cum eo, * Visitare populum suum in pace, & constituere super eum vitam sempiternam. **V.** Ecce Dominus noster cum virtute veniet. Visitare. Gloria Patri Visitare.

Ad Benedictus, Antiphona.

Levabit Dominus signum in nationibus, & congregabit dispersos Israel.

Deinde Kyrie eleison, ut supra. 49.

Ad Vesperas.

Capitulum. **Philip. 4.**
R. Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est.

Hymnus.

Creator alme siderum,
Aeterna lux credentium,
Jesu Redemptor omnium,
Intende votis supplicium.
Qui daemonis ne fraudibus
Periret orbis, impetu
Amoris actus, languidi
Mundi medela factus es.
Commune qui mundi nefas
Ut expiare, ad Crucem
E Virginis Sacratio
Intacta prodis victima.

Cujus potestas gloriae,
Nomenque cum flammis sonat,
Et Coelites, & inferi
Tremente curvantur genu.

Te deprecamur ultimae
Magnum dei Judicem;
Armis supernae gratiae
Defende nos ab hostibus.

Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito,
In saeculorum saecula.

Amen.

V. Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum. **R.** Aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Ad Magnificat, Antiphona.

Ante me non est formatus Deus, & post me non erit: quia mihi

curvabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua.

Oratio.

Aurem tuam, quaesumus Domine, precibus nostris accommoda: & mentis nostrae tenebras gratia tua visitationis illustra. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate.

DOMINICA III.

Adventus.

Ad Matutinum, Invitorium.
Propere est jam Dominus: * Venite, adoremus.

Et dicitur quotidie usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive, **Psalmus.** Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens
E Patris aeterni sinu,
Qui natus orbis subvenis
Labente cursu temporis:
Illiminea nunc pectora,
Tuoque amore concremas;
Ut cor caduca deserens
Caeli voluptas impleat.
Ut, cum tribunal Judicis
Damnabit igni noxios,
Et vox amica debitum
Vocabit ad caelum pios;
Non esca flammarum nigros
Volvamur inter turbines,
Vultu Dei sed composites
Caeli fruamur gaudiis.

Patri, simulque Filio,
Tibique sancte Spiritus,
Sicut fuit, sit jugiter
Seculum per omne gloria. Amen.
In primo Nocturno, Antiphona.
Veniet ecce Rex. **Psalmus.** Beatus vir, cum reliquis ut in Psalterio. 2.
De Isaia Propheta.

Lectio i.

Cap. 26.

In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda: Urbs fortitudinis nostrae Sion salvator, ponetur in ea murus & antennurale. Aperite portas, & ingrediatur gens

K 2

148